**D. Isthmi** Schltr., nov. spec.

Epiphytica, erecta, c. 40 cm alta; rhizomate valde abbreviato; caulibus simplicibus, erectis, medio leviter carnoso-incrassatis, longitudinaliter sulcatis, c. 35 cm longis, medio c. 6 mm diametientibus; foliis erecto-patentibus, anguste ligulatis, obtusis, usque ad 11 cm longis, medio fere usque ad 9 mm latis; inflorescentiis generis, valde abbreviatis, ut videtur semper unifloris, pedunculo subnullo vaginis obtecto; bractea ovata, parvula, ovario pedicellato multoties minore; floribus suberectis, violaceo-roseis, glabris, illis *D. stenopetalae* (Hk.) Schltr. similibus, sed paulo minoribus; sepalis patentibus, oblongis, acutis, c. 7-nerviis, 1 cm longis, lateralibus obliquis; petalis oblique elliptico-spathulatis, breviter acuminatis, sepalis aequilongis sed manifeste latioribus; labello cuneato-obovato, antice subretuso truncato, basi lineis 3 verrularum valde approximatis brevibus ornato, 1,1 cm longo, infra apicem 9 mm lato; columna generis, brevis, lobis clinandrii triangulis apiculatis inclusis 7 mm alta; ovario cum pedicello gracili, glabro 2,5—2,8 cm longo.

Panama: Auf Hügeln bei Panama-City — nc. 17.

Die Art steht der *D. Rimbachii* Schltr. näher als der *D. stenopetala* (Hk.) Schltr. hat aber kleinere Blüten und längere Blätter an den kräftigeren Stämmen. Zudem sind die Petalen breiter, die kürzere Lippe breiter keilförmig und die Säule kürzer.

Von der Blütenfärbung schreibt Mr. Powell, daß sie der der *D. stenopetala* (Hk.) Schltr. gleichen soll.